

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9406

Auteur(s) : Guérin de Saint-Berthevin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1188

Lieu d'émission : Savigny-le-Vieux

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guérin de Saint-Berthevin donne à l'abbaye de Savigny 5 sous de rente à Laval sur la bourgeoise d'Etienne Tornedos ; il concède également le pré des Sept-Fontaine et le pressoir de la Gandonnière.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 972, n° 633.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° LXXIX)

Texte d'après A

Universis fidelibus tam presentibus quam futuris Garinus de Sancto Bertivino filius Gerberti salutem. Notum fieri volo quod ego pro salute anime mee et domini Garini avi mei et omnium antecessorum ac successorum meorum concedentibus uxore mea et filio meo Huberto antenato dedi ecclesie et monachis Savigneii in perpetuam elemosinam liberam penitus et quietam quinque solidos andegavensium redditus apud Lavallem in burdesia Stephani Tornebof quos annuatim in nativitate Sancti Johannis predictis monachis solvet quicumque burdesiam illam tenuerit dedi etiam et concessi predictis monachis pratum de Septem Fontibus liberum et quietum quod habent ex dono Garini avi mei. Concessi etiam eisdem monachis omnes elemosinarum donationes atque venditiones quas habent in feodo meo a quibuscunque facte sunt ipsis vel donate quam nominatim designare curavi, ex dono Joahnnis Grossi dimidium arpentum, ex dono Thome Peloc dimidium arpentum, ex dono Radulfi Thome unum arpentum, ex dono Viviani Bosleni dimidium arpentum, ex dono Garini Thome dimidium arpentum, infirmi de hospitali Sancti Juliani vendiderunt predictis dimidium arpentum monachis habent predicti monachi, ex dono Pagani Osel unum arpentum, ex dono Hodiardis Baudoini dimidium arpentum, ex dono Thome Peloc unum quarterum, ex dono Ermenguardis uxoris Johannis Gerberti unum quarterum, ex dono marcheant dimidium arpentum, ex domini Garini de Sancto Bertivino dono dimidium arpentum terre, ex dono Aaladis filia Radulfi filii Renardi duo arpenta vinee, ex (dono) Radulfi prepositi campum de Cruce, ex dono Durandi Lechenevacier censum ejusdem campi scilicet tres denarios, ex dono Bernerii de Boeria unum arpentum terre juxta predictum campum, ex dono Johannis Chalopin et Gaidonis fratris ejus et Andree et Teurei tria arpenta supradicto contigua horum quatuor arpentorum donationem concessit Emma abbatissa Sancte Marie Andegavensis salvo censu suo scilicet quatuor solidos.

Hodiardis Baudoini dedit dimidium arpentum et dimidium quarterum terre cujus donationem concessit Brengierus Besier salvo cenu suo scilicet VIII denarios. Gaudinus Rahier concedente Petronilla nepte sua dedit tria arpenta terre concedente Juhello de Crapon cui inde reddunt monachi VIII denarios census. Concessi etiam predictis monachis habere pressorium et omnium vinearum suarum pressoragium et totius clausi Gandonarie de propriis vineis annuos census preter duos solidos et dimidium quos cum sorore sua Adelea dominus Garinus avus meus quondam dederat Johanni Chaorein. Hec omnia que hic enumerata sunt dedi et concessi sepepredictis monachis ita libera et quieta quod nichil in eis juris nichil servicii secularis michi vel heredibus meis retineo sed tantum modo custodiam et defensionem. Et propter hoc a Deo eternam exspecto retributionem volo igitur atque precipio et firmiter constituo quatinus prenominati monachi et eorum conservi et homines et famuli per totam terram meam habeant firmam pacem et perfectam libertem et omnem quietantiam ab omni theloneo et consuetudine et costuma et pontagio et passagio et omni alio servitio et exactione seculari. Facta est hec mea donatio concessio atque confirmatio anno ab Incarnatione Domini M^oC^oLXXX^oVIII^o quando apud Savigneium crucem assumpsi, testibus istis Fulcone Clarimontensi abbate, Willelmo de Neth monacho de Savigneio, Girardo Feurer monacho de Claromonte, Willelmo de Claravalle, Hugone, Franco, Stephano Tornebof, Odone de Mongerol et multis aliis.